Exempla promiſcua alia.

Num. 22. 29. *Vtinam mihi jam gladius eſſet in manibus.*

Deut. 32. *Conteſtor hodiè cœlum & terram, quòd propoſuerim tibi viam vitæ & mortis.*

Pſal. 8. 1. *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra?*

Pſalm. 10. 1. *Quare Domine ſtas à longè, abſcondens te in temporibus tribulationis.*

Pſal. 68. 24. *Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurva, 25. Effunde ſuper illos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.*

Pſal. 104. *Induat maledictionem ſicut veſtimentum.*

Matth. 11. 21. *Væ tibi Chorazim, væ tibi Bethſaida.*

Matth. 17. 17. *O generatio incredula:*

Matth. 23. 13. *Væ vobis Phariſæi & Scribæ.*

Matth. 27. 46. *Deus, Deus meus quare dereliquiſti me?*

Matth. 13. 17. *Væ prægnantibus, &c.*

Rom. 11. 33. *O profunditas divitiarum & ſapientiæ? quàm imperſcrutabilia ſunt judicia ejus? quàm imperveſtigabiles viæ ejus?*

Gal. 3. 1. *O inſenſati Galatæ!*

Matth. 1. 20. *Ecce Angelus Domini, & 2. Ecce Magi venientes ab oriente.*

Gen. 24. 51. *En Rebecca coram te.*

Gen. 50. 5. *En morior in ſepulchro.*

Phil. 2. 1. *Si qua conſolatio in Chriſto Ieſu, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua communio Spiritus, &c. explete gaudium meum.*

1. Tim. 4. 2. *Obteſtor ego coram Deo & Domino noſtro Ieſu Chriſto.*

Auguſt. c. 31. Manual. *O miſera ſors hominis, cum hoc perdidit, ad quod factus eſt! O dirus ac durus caſus ille! Heu quid perdidit & quid invenit? Quid abſceſſit & quid remanſit? perdidit beatitudinem, ad quam factus eſt: & invenit miſeriam ad quam factus non eſt. Abſceſſit, ſine quo nihil felix*